



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Caroli Scribani è Societate Iesv Philosophvs Christianvs

Scribanius, Carolus

Neobvrgi. Ad Danubium, 1618

Cap. XIII. Iudicivm Particvlare. Pariantur hic scepra Iigonibus, nullo purpur[a]e aut grabati discrimine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46524](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46524)

nihil ex his opibus, honoribus, voluptatibus asportaturum, non magis quam intulerit. scit se ea lege venisse ut pari decedat; nudum, nudus. scit se ab aliena voluntate pendere: nullamque non dico horam, sed nec momentum cuiquam addidum. quare se suaque in dubium hoc momentum comparat, expectaturus Dominum Iudicem. quin adeo avidissimè expectat hanc euocationem, tanquam melioris natalis sui diem. tanquam initium omnis felicitatis, tanquam caelestium opum, honorum, voluptatum ianuam, eo certius quo fortius se ad hæc parauit, auocauitque ab humanis, quoque potentiùs hæc contempsit, diuina sperauit, ad que natus, educatus in spem magnam æternæ felicitatis.

C A P V T XIII.

IUDICIUM PARTICVLARE.

Quò, postquam vi mortis de concre-
E e *tione*

ione carnis expressa anima, evi-
 perit in apertum, sistetur non iam
 ut antè patri, sed iudici. à cuius
 tribunalibus omnis exulas clemè-
 tia. fuit dum viximus parens, &
 deoq̃ue & mater; esse post mortem
 desit. sed neque lacrymis hic
 precibus locus; iustitia est, qua
 discrimina ignorat regni & par-
 peris casæ, tiaræ & vilis lacernæ.
 sistimur namque hic pares. solaque
 virtus sceleraque dissimiles sta-
 tuent. tutiora proinde sequere-
 nec longæ ambages. via te trita
 recta, falli & fallere nescia, avertit
 to à pœnitendis, à non profuturis
 suspiriis, vocis, gemitibus, ab acer-
 nium vrentibus; ducoque ad cele-
 stia, ad perennatura, ad nullo
 sessorem sine ludentia gaudia.

SOLVS ego hanc viam? vbi
 comites? vbi fida manus lace-
 ra oberrans mea? vbi dexteræ
 claudere solita? vbi socia agmina
 deliciarum, opum, gaudij, volo-
 ptatum

ptatum mearum? solus ego hanc
viam? vbi ferrum & in dubiis ar-
ma tutelaria? solus ego sistar iu-
dici? solus, mediusque inter tot
insultantium, minitantium agmi-
na? inter tot armatas aduersarias
acies nudus solusque ego? inter
tot contrariarum partium accusa-
tores, testesque potentissimos, so-
lus ego? in tam vasta tristicique soli-
tudine solus? quis defensabit re-
um? quis aduocatus propugnabit
obrutum non vanarum, nec le-
uium accusationū molibus? quem
aduocabo in tutelam? angelos?
sed hos contempsi (heu quoties!)
monitores. custodem ab infantia
caelo datum? sed huius nullo non
die spreui, risi consilia, salutaria
monita, & tanquam vento raptam
paleam, aut festucam oculis mo-
lestam, & negotiis importunam
excussi demens. Sanctorum ali-
quem? nullius circumfero vestigia,
quae meritò quenquam prouocare
aut allicere possint in defensam.

Ee 2

Nam

Nam quæ in me cicatrices Martyrum, quæ Confessorum tessera, quæ Virginum palma, quæ reliquorum signa sequelam testantia? circumfluo vanitatibus, septus deliciis nato voluptatibus, auro gemmisque grauis, amœnitatibus circumseptus, vino ciboque fartus, omnino propè scelerum, aut recenti vulnere, aut informi adhuc cicatrice deturpatus, dignitatibus aut iam consequutis aut speratis tumidus; ante hoc tribunal, misericordia tangens commiserationibus commouens, flectique nescium, sistor destitutus omnibus: & quid sperem? operam ab his, quæ me pondere premunt suo, & ad infimum infelicis æternitatis præcipitium deturbant?

Decurram ad Dei matrem? ante oportuit. & nulla hic nunc vbera matris. fuerunt. an agnoscat filium, quam non agnouit matrem? aut quæ circumspiciam aut sperem nunc pietatis pectora? obserata hinc omnia. ante patuerunt. fluxerunt

P
dum
totis
stolid
dix a
fuit c
quasi
nè no
non i
nia.
mez r
ax, &
Ad
bem t
verit
nis ius
ricis f
quid a
dex e
desit
miser
fuit fo
ergo i
dexte
num i
num
iudic

dum licuit vbera matris referatis
totis misericordie valuis. neglexi
stolidus. at nunc clausi misericor-
diae aditus, benivolentiae viscera.
fuit cum paterent vltro oblata, ac
quasi inuito obtrusa, reluctanti sa-
ne non semel promissa, ac tantum
non in os effusa. aspernatus om-
nia. & nunc vicissim liberatricis
meae retractae manus ante exporre-
ctae, & labanti toties protensa.

Aduoluar iudici qui *iudicabit or-
bem terra in aequitate, & populos in* Psal. 95
veritate sua, Indie ira & reuelatio- Rom. 2.
nis iusti iudicij? quam nisi pro me-
ricis sententiam exspectem? nam
quid aliud sperem à iudice, qui lu-
dex est, nec aliud? fuit parens: esse
desiit. fuit saluator: euauit. fuit
miserationis oceanus: elanguit.
fuit fons gratiarum: emarcuit. quem
ergo inuocem, aut cuius implorem
dexteram, aut commiserantis ma-
num? aut quid Christi mei potissi-
mum? fuscum sanguinem? erit in
iudicium. vulnera? erunt in dam-

nationem. crucem, flagra, coronam spineam, verbera, clanos? fregula damnationis nouæ noui tituli, ferendæque letalis sententiæ perduellionis noua capita. Quis ergo? quò me vertam miser? an cogitatum oportuit, ad cuius genua prouoluar supplex? cuius vestigia verram osculis, lauabo lacrymis, vt vel tenue sperare subsidium liceat? si non agnoscar à benignissimo patre, si ignorer à clementissima matre, quis agnoscet miserum? aut inter tot agmina accusantium, nullo protegente quid respondebo? ò testes! ò accusatores! ò nimis iusta tribunalia! ò pater! Iudicem agnosco, patrem non video. & quid sperè patrem, quem non agnouì patrem? volui iudicem, habeo. Dura conditio, momento neglexi, & æternum carebo patre, æternum sortitus iudicem? alienis semitis, vestigiis, hereditarij modicū insistens, æternum excludar patris? acerba fors! vt nihil iam sperare

PA
sperare
quem
trem.
tris in
seuer
mum
rimur
emor
tris;
mort
neuo
tia, m
nunc
ratio
eis. n
muta
feran
re cur
quid
nega
sed &
bus. a
damm
damm
spon
prod

sperare debeam quàm indicem,
quem exiguo tempore neglexi pa-
trem, miseranda commutatio pa-
tris in iudicem, clementissimi in
seuerissimum, mitissimi in durissi-
mum, benevolentissimi in asper-
rimum, suauissimi in acerbissimū.
emortuum quidquid antè erat pa-
tris; viuit quidquid est iudicis. e-
mortuum quidquid antè fuerat be-
nevolentia, benignitatis, clemen-
tia, miserationis pristina, nihilque
nunc reliquum patrum aut mise-
rationis nuperæ: omnia sunt iudi-
cis. miseranda cōditio, magis quia
mutari nescia. quò ruam? aut quā
feram vultum iudicis, quem habe-
re cū potui, contempsi patris? aut
quid respondebo vera obiicienti?
negabo? testis noxius hic animus,
sed & vincor, cœlo inferisque testi-
bus. agnoscam? quid nisi me ipsum
damnem? accedam supplex? fun-
dam lacrymas? miscebo preces?
spondebo meliora? fuit cū hæc
prodesset, obserati aditus, clausæq;

Es 4 *nunc*

nunc omnium aures: obducta misericordiarum pessula, quæ nulla vis nullæ reducent preces. stat, stabile, que ignara flecti sententia. sed neque vlla post mortem pietas, non miseratio. soli iustitiæ campus huius patet. patuit benignitati dum vitæ staret. hac emensa, nulla iam benignitas. vltro quoties hæc pronoucauit, quoties tantum non compulit? nimirum obduruerant misericordias aures, auro deliciis, honoribus, voluptatibus obsecratæ. nunc illæ ante-benignissimæ Dei aures occulsi, vt frustra in clamem, sperem frustra. & retroagi tempora nulli vi possunt. suus enim misericordiarum, suus iustitiæ locus est. singula theatrum suum, sua rostra, & sellia sua occupant, quæ nefas alteri insidere? suum cuique tribunal regia sua est, quam nefas alteri occupare.

Verum quæ hæc conditio & vicissitudo acerba, pro temporario honore, lucello, voluptate, æternis inno-

innutriri flammis, ignibus excoqui
aternis, aternis inastuare fornaci-
bus, pice & sulphure pasci aeterno?
pro neglecto caelesti patre breui
hoc & fugitino tempore, eternum
pati & sentire iudicem? potuisti
eternum patrem, cur maluisti aeter-
num iudicem? si temporarium, ac
quasi momentaneum agnouisses
patrem, experireris eternum pa-
trem, non iudicem. nunc mutatis
rebus, stat sententia, nulla flecten-
da prece. Iudex est qui pater fuit,
& iudex tantum. nec merito queri
quisquam potest, cum denuncia-
tum ante? *Latere iuuenis in adole-*
scencia tua, & in bono sit cor tuum in
diebus iuuentutis tuae, & ambula in
viis cordis tui, & in intuitu oculorum
tuorum, & scito quod pro his omnibus
adducet te Deus in iudicium, iudi-
cans orbem terrae in aequitate, & po-
pulos in iustitia, facie ad faciem, v-
numquemque iuxta vias suas & adi-
nventiones eorum.

Eccli. 1.

Psal. 95.

1 Cor. 13

Ezee. 16

Quid igitur agam miser? aut quod
Ee 5 flectam

Aetam precum mearum habenas
 quò lacrymarū solvam cataractam
 si nullus precibus, lacrymis nullus
 locus est, atque adeò nec sanguinis
 Scio quid agam, eia anime, domi-
 tempus est, dum precibus lacrymis
 que locus, cogitemus meliora, am-
 plectantur saniora, ac *quacunque*
Eccli, 10 *potest facere manus tua, instanter o-*
perare: quia nec ratio, nec sapientia
erunt apud inferos, quò tu properas,
 procul proinde hęc blanda, domi-
 namque ridente vultu fallentia,
 procul frustratoria hęc, stibiata, &
 cerussata bona. Mentiuntur no-
 men, mentiuntur vultum, & sub
 verecunda fronte, ac quasi callis
 oculis, mens latet meretricia, de-
 ceptura si propius adspexeris, in-
 flammatura sera pœnitidine frac-
 cesseris. & quanto consultius de-
 serere, quàm ab illis deserere? per-
 dere, quàm perdi? conculcare &
 proterere, quàm conculcari & pro-
 teri? in ultimas ablegare terras,
 quàm relegari ab illis infelici mi-
 seranda

seranda
 mus &
 mur &
 vicit q
 tellige
 culi m
 mus in
 iudici
 Co
 tum, g
 tia sun
 & vid
 quæ a
 ris igr
 Et qui
 tere, c
 nerin
 bus o
 quis f
 cui no
 follic
 aut qu
 stanti
 liore
 obue
 nem

ferenda æternitatis exilio? rideamus & contemnamus, ne rideamur & contemnamur æternum. vicit qui contemnere potuit, qui intelligere potuit qualia sint hæc sæculi magna, propter quæ miseri stamus infelici sententia inexorabilis iudicis feriendi.

Cogita anime, aurum, argentum, gemmas, marmora. reiecta sunt terræ marisque recrementa. & vide, digna ne hæc sint, propter quæ ad seuera hæc tribunalia sistaris ignibus adiudicandus æternis. Et quid ab illis disces? maiora petere, cogita quem orbe toto expleverint. aut quis vnquam venientibus ostia clausit, & dixit, Satis est? quis securior indormiuit istis? aut cui non crescentibus illis, crevere sollicitudines, anxietates, metus? aut quem hæc demum fecere constantiorem, sapientiozem, meliorem? cum ferè stolidioribus obueniant. Extra enim hominem suum hæc sunt, nihilque

Ec 6 melioz

meliorem illum reddunt quam e-
 quum aureæ phaleræ, calearia gem-
 mea. nisi fors hæc magis etiam fe-
 riant. Cogita delicias, & quidquid
 ingeniosa luxuries inuenit in pala-
 tum, ac simul exitum intuere, &
 pudebit illorum. quid quod pau-
 cis natura contenta pane & aqua
 vitam toleret, vilique operimen-
 to frigus arceat. & quid refert par-
 no tegaris, an provinciarum ac reg-
 norum opibus? nisi quod hæc plu-
 rimum minus frigori medeantur.
 Jam honores quam fallaces, quam
 amatorem suum ludentes? & que
 in his felicitas, que plus odij & cur-
 rarum trahunt secum, quam pacis
 compositæque mentis? de volupta-
 tibus quid dicam? vincimur à be-
 stiis, & continentiam docemur, &
 quem non rubor occupet si pro-
 pius cogitet? quin & incontinen-
 tissimis laudata castitas, nec vnquam
 fatis laudata apud illos etiam qui
 illam prodegerunt, ac vix quere-
 quam reperias tam proiectæ vere-
 cundię

condiē, tam trite frontis, post defictum, adeoq; exilio damnatum pudorem, quin miretur & laudet continentiam professos, sibiq; eam exoptet, aliorum licet trahatur.

Et ut hęc omnia aliquid habeant, quod studium merantur & sequulam? quid sunt enim si concessa fruitionis tempora circumspicemus? vix habita deserenda, sæpe nec habita, nec possessa. & quę aras nostra? quàm incerti vivimus? quàm certi morimur? quàm nulla dies, hora nulla addicta cuiquam? & quàm incerta humanarum rerum possessio? quàm dubia evocamur hora? *Sicut pisces capiuntur hamo, Eccle. 9.*

Sicut aves laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis exemplo supervenerit. ferendum si in tempore bono. de malo quid dicam? & o si non plurimum in malo! durum hoc tempore capi, cum peccatis anima obnoxia, gre alieno oppressa, sistitur iudici, qui ponit in pondere iu- Esa. 28

Ee 7 *dicium*

dicium & iustitiam in mensura. cum
 visitabit nos Dominus alia omnia
 meditates, & ferè honores, vo-
 luptates, opes, *in gladio suo duro &*
grandi & forti, non parcere, aut ig-
 noscere assueto. durum / heu ni-
 mium / durius si cogitas. à momen-
 to æternitas, a cerba fors! à tam bre-
 ui? à momento æternitas. à puti-
 do & falso catharro, maligna febris,
 inuisa peste, furente colica, crude-
 li calculo, inuigili letargo, pigro
 hydrope, depascente cancro, igne
 exedente, furibunda pleuridite, à
 præcipiti apoplexia, erysipelate,
 phlegmone, æternitas? taceo ho-
 stem, à cuius manu tot mortium
 genera, quot suggessit odium. et-
 iam Regibus metuendi serui. qui
 enim vitam contempfit suam, fa-
 ctus est dominus tuus. ita omnia
 hæc vita ab aliena voluntate pen-
 det, etiam à muliebri, quæ si arma
 ignoret, non ignorat venena. ta-
 ceo inopinatos casus, & nulla pru-
 dentia præcauendos, momento ho-
 minem

P
 mine
 ignes
 insep
 milia
 à fort
 aut in
 mos?
 absor
 pocu
 diato
 lius h
 nia p
 guin
 eo po
 vedo
 sa au
 nis sa
 prud
 cidit
 croce
 quot
 salura
 medi
 ab ex
 aut i
 ni to
 rane

minem suum finientes, precipitia,
ignes, flumina & maria. quoties
insepultos vna ruina dominum fa-
miliamq; & dibus suis audimus, aut
à fortuito lapidis aut ligni delapsu,
aut improvido iactu periisse pluri-
mos? quoties vbi luserunt nauigia
absorpta, vidimus? quoties amica
pocula sanguinem ista? quoties gla-
diatorium ludibundum ferrum so-
lius honoris avidum, aliaque om-
nia prater sanguinem sitiens, san-
guinem hausit? quoties pro medi-
co poculo hausta venena? quoties
vedoris sui calcibus aut rota excuf-
sa anima? quoties sulphureus pul-
uis saeuit in dominum, aut ab im-
prudenti vicini sclopo nō vnus ce-
cidit? quoties confanguineus mu-
cro cōsanguineo sanguine maduit,
quoties hostili? quoties noxia pro
salutaribus propinata, vt vnde re-
mediatio sperata, mors sequuta sit?
ab exili scalpello, ab vngue refecto
aut impresso, à frictu pedis aut le-
ni torsione, à perrenni spina, ab a-
ranei aut scorpj attacku, à morsu

blandientis caniculę, ab exasperato felino dente, à mille aliis iacent animę: à tam ignobili recula, anima solo conditore suo inferior. nec vlla res tam elumbis ac roboris expers, quę non excusserit, indignabundam à tam vili, animã. quid quod validissimus quisque momento stetit, momento cecidit: momento Hector & Hercule plenus momento elanguit? inter hortorum, pratorum, montium, fontium, siluaramque amœna, inter risus & iocos, delicias & saltus momento rapimur, sistendi iudici, imparati incogitati: & non plarimum peccatis graues à mediis opibus, voluptatibus, honoribus, etiamnum calentes sistimur iudici. quid expectamus nisi illud Enangelicum miseranda & infelici vicissitudine notissimum? *Recordare, quia accepisti bona in vita tua.* tam brevis vitę bona, tam rapida, tam ventosimilis, commutari in æternas flammās, & nunquam miras, nunquam

Luc. 16:

pisti bona in vita tua. tam brevis vitę bona, tam rapida, tam ventosimilis, commutari in æternas flammās, & nunquam miras, nunquam

iras,

iras nunquam cruciatus posituras?
Ergo dum dies est, dum permit-
tit tempus, insistamus iis, quæ nos
impanidos sistant tribunali iudicis.
complectamur ea quæ inter illa ex-
trema subsellia patrem nobis sta-
tuant, non iudicem. seligamus illa
quæ sine rubore ab omnibus videri,
sine verecundia ab omnibus audi-
ri, sine trepidatione nostra ab ho-
stibus obiici possant. illa denique
sectemur, quæ in illo die sectatos
nos fuisse vellemus. nulla certior
tutiorque regula. nunc aggredere
quod tunc fecisse velles. nunc de-
sere, quod tunc deseruisse velles.
nunc delige, quod tunc delegisse
velles. nunc imitare quod tunc fa-
ctum velles. Ea demum prudentia
est, fecisse nunc, cuius tunc non
pœniteat: amplexum nunc ea, de
cuius delectu & sequela æternum
gaudeas. fugisse nunc ea, de quo-
rum tunc fuga securus sententiam
exspectes. quod vt propiùs intel-
ligas, intueri duos, qui eodem mo-
mento

mento tribunali illi fastidantur. vni opibus, honoribus, deliciis, voluptatibus dum videret clarū, adeoque lassum ac fatigatum; alterum egentem, inhonorem, deliciarum ac voluptatum contemptorē, fortemque calcatorem. considera vtrumque in expectatione ferendę sententię. Quem putas vtriusque animum esse? intuere vultam, magis etiam conscientiam pręteritorum testem. cuius in illa expectatione, si concederetur, velles personam induere. sequere nunc quod tunc factum voluisses, & securus expectabis horam illam, imo, cum gaudio excipies.

Hęc tibi sit norma regulaque vitę iam deligendę. non potes errare si in illam horam oculos conicias, si ex illo euentu vitam instruas, si alieno doctus exemplo mores componas. beatus, si alieno infelici exemplo meliora discas: miser, si infelici tuo exemplo meliora doceas, & ad saniora
viam

viam sternas. disce aliorum miserando successu & exitu, non discant alij tuo. Neque enim hic agitur de temporario lucro, aut damno; de æternitate sententia fertur. semel lata, æternùm lata. Quare dum tempus habemus opere- Gal. 6.
mur bonum. dum etiamnum spes salutis & pœnitentię locus, tutiora & certiora sequamur, & quorum non pœniteat in illo die, in illo tribunali flecti nescio, non miserationibus æternitatis, aut pœnarum acerbitate commoveri.

Quid heremus anxij & difficultatibus terremur? tot vestigiis præcalcata via est, non virorum modò, sed & è prima adolescentia virginum. aspera & molesta carni est. pereat hic illa ne pereat æternùm. & perdere illam potuerunt Christiana, Susanna, Domitilla, Cęcilia, Agnes, Lucia, Catharina, Barbara, & tot millia, prima omnes iuuenta, flore primo, Tu vir non
pote

poteris? ignauissime miles times
 sequi virgines ductrices? illæ per-
 gunt intrepidè in hostem, in ter-
 rum, in verbera, in ignem. & tula-
 tibus quæres ad solas pauidus mi-
 nas? at via hæc madet sanguine
 quid expauescis à delinquente
 animo, toro & epulis non militis
 dignus aut hoste? si non madet
 modò, sed innocuo natet virgineo
 sanguine, non poterit peccatoris
 & securus aspicias diem vlulatum
 & sanguinis & letalis sententiæ, qui
 ad Circi huius agonisticum sudo-
 rem & sanguinem trepidas? quo-
 usq, sudori & parcis sanguini? bre-
 uis omnis vita est, *Vapor ad modum
 cum parens, & deinceps exterminat-
 bitur.* tam breui termino quid ve-
 reris profundere? nemo celo me-
 tit, qui non seminauerit in terris.
 Gal, 6. & monet Apostolus: *Bonum fac-
 entes non deficiamus, tempore enim
 suo metemus non deficientes.* nemo
 intrepidus intuetur iudicem, qui
 non antè armauerit pectus per vultu-
 nera

Iac. 4.

Gal, 6.

nera & cicatrices tanquam militari
lorica. quousque metus per prae-
rupta & ardua conscendendi ad du-
bium tribunal? non ante nos plu-
rimi ludibria & verbera experti, in-
super & vincula & carceres: lapida-
ti sunt, secti sunt, tentati sunt, in oc-
cissione gladij mortui sunt? ridet in
equuleo vnus, & tanquam in mol-
li culcita iacet latabundus; prunas
inambulat tanquam rosas securus
alter: illudit Imperatori è craticula
alius. arbitreris è suavi pluma: pro-
nocant Praesides in ignibus ad gra-
uora non pauci. credas è delicia-
rum mensa ad epulas & pocula. in-
uicti tanquam ex alto, candentibus
se clavis configi, fustibus caedi, fa-
cibus aduri, plumbatis contundi
spectant plures. lassantur carnificū
manus, & inter vngulas duoden-
nis caro stat interrita: putes rupes
scalpello radi, aut adamantes no-
uacula. lentes, secures, clauos, flam-
mas, & liquatū permistum sulphu-
re plumbum, vt amica fomenta, vt
moni-

monilibus & gemis cariora tenella amplectitur virginitas, omniorum ingenio maior, nec pudeat à virgine vinci? non paucularum quæ anse prouocare ignes & in mediis flammis tanquam virgineo procumbere thalamo, vix annum excefferant decimum, nonnum, octauum.

Vbi nunc vetus Roma, in timido Catonis ferro hostili metu extorto? vbi audax Sæuolæ manus, errorem ignibus purgans? vbi Regulus bello inferior, dolio suo inclusus, ne pro vno inualido iam ductore, plures hostes accerferet omnes viuida iuuenta? quid alij pauci exilio, ense, veneno, precipitio, sanguine laudati? quid enim hi ad virginum nostrarum animos ad calcatas prunas, ad epotum plumbum, ad æra candentia, ad arduentes fornaces, ad ora leonum, ad mamillarum sectiones & inardentes lateribus tedas, ad lentum ignem, candentes laminas? quid sex

ant de
millia
docti,
nera &
uentu
ram et
supra v
virtute
tè inse
ni iust
vero d

In tu
neo es
aqua &
que i
mniis
verbe
ad ex
sit pa
rarum
lo tes
libus
affli
in mo
terra

aut decem è media gentilitate, ad
millia è nostris? quid viri bello e-
docti, per aspera & dura, per vul-
nera & sanguinem, ad lacteam iu-
uentutem, quæ vix ingressa alte-
ram ætatem puerili maiorem audet
supra viros, supra omnem bellicam
virtutem & gloriam? nimirum al-
tè insederat animo tribunal Domi-
ni iustum, & in neutram partem à
vero defleendum.

In tueamur dehinc agmina vltro
neo exilio nobilitata, sole torrida,
aqua & paucis dactylis pasta, adeo-
que ieiuniis propè enecta, inso-
mniis exanguia, exasperata ciliciis
verberibus lacera, quæ vna hæc dies
ad extrema euocàs tribunalia, sua-
sit patria relicta, solitudines & fe-
rarum antra incolere. Suasit Paul-
lo teste circumire *in melotis, in pel-
libus caprinis, egentes, angustiatis, Heb. 113*
afflictos, in solitudinibus errantes,
in montibus, & speluncis & cauernis
terra.

Et

Et nos è plumeo thoro, è deliciis & lusu, è medio voluptatum, honorum, opum, tribunalia hæc audentes spectabimus? illi post hæc omnia non sunt sine metu, & nos quid speramus, aut inani nos ipsos fiducia ludimus? aude anime. nec pigeat imitari à quibus pudeat vinci. insonet auribus tribunalia, & vox Iudicis, modicæ lacrymæ, opum, honorum, voluptatum contemptus, securum te sistent Domino.

Epist. Iudæ, Regi, Iudicij, in die reddendæ rationis, die iræ, & retributionis, die furoris, cui procella tenebrarum servata est in æternum.

CAPVT XIV.

IUDICIUM EXTREMVM.

Cuius horrorem, Solis, Lunæ, siderumq; defectu prænotatum hic habes. ut timore magistero, corpori frenos iniicias dum vivit. docet parere ancillam, servam, mancipium: ne in die illo Domini magni